

Hector Sclanovius


**Diaskepsis Anatomica Patavina, De Vasis Umbilicalibus Et Secundinis, una cum
Prosthk Therapeutik, Secundinarum retentorum**

[Frankfurt, Main]: Collegium Musarum Palthenianum, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796629927>

Druck Freier  Zugang





Mb. 3355.

Δ I
AN

Δ AS
LI

VI

DE P

HEC
R

Coll

ΑΙΑΣΚΕΥΙΣ
ANATOMICA
PATAVINA,

DE

ΠΡΩΤΗΣ ΟΜΑΔΗΣ
LIBVS ET SECVNDINIS,

vna cum

ΠΡΟΣΘΗΚΗ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ,
Secundinarum retentorum,

Cui accessit

TRACTATVS

DE PARTV GABSHEIMENSE

monstroso nuper in lucem edito,

AUCTORE

HECTORE SCLANOVIO

Reip. Wormat. Doctore Medico.



Et Collegio Mularum Palcheniano,

ANNO M. DC. VIII.

Mb - 3955.

ZITIZZALIA
ADRIANUS
NOVEM
TITULIS
C. 1732


Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis


1732

AMR
RVD
VDIT
ON RE
SENTIA
decernit
m

1732

n hac
posset a
sed vera
struz.
culti ad a
enter ac
tur: Ho
miration
non anim
rationis a
do sit vel
presjed


**AMPLISSIMIS ET
 PRVDENTISSIMIS, E-
 RVDITIONE, VIRTUTE, NEC
 NON RERVM POLITICARVM EXPÈ-
 RIENTIA PRAESTANTISSIMIS TRÈ-**
 decemviris, Imperialis Ciuitatis VVor-
 matiensis, Dominis suis ob-
 seruandissimis.


Nterrogatus aliquan-
 do Hermolaus Bar-
 barus, Viri Amplissimi
 & Prudentissimi, quid
 in hac mundana scena maxime
 putaret admirabile, non barbare,
 sed vt erat vir incomparabilis do-
 ctinae, nihil non cognitionis sui se-
 culi ad antiquitatem referens, sci-
 enter admodum respondisse fer-
 tur: Hominem omnem plane ad-
 mirationis captū excedere, vt qui
 non animalium modo princeps &
 rationis ac mentis splendore diui-
 no sit veluti naturæ totius inter-
 pres, sed tanquā Protheus aut Cha-

scilicet. 1377

f. 1.

A 2

maleon desultoria quadam potestate sese in quoduis subinde transformer. Cui confine illud est Hermetis Trismegisti, qui libro de voluntate Dei hominem miraculum magnum, animal honorandum, digniore quodam scilicet spiritu concitus & interiore instructus scientia nuncupavit, cū in homine *μικροκόσμος* Dei simulacrum effulgeat: Quemadmodum enim in nummo charagma Cæsaris, ita in homine conuitur charagma Dei & obsignatio, cuius manus fecerunt & plasma uerunt ex terræ luto Protoplasten Adamum, cui postmodum, cessante creatione, *πλαστικὸν λόσον* in semine humano mihi latentem, ad propagandum, ne periret, genus humanum, indidit. Quocirca mirari succurrit quorundam parum perspicacem, parumque excusam, imo uerius osecitantem prudentiam, qui eximiam hominis amplitudinem in se ipsorum suspicientes, nec artificis statera sed trutina examinantes

populari

Error detestandus de fortuita hominis generatione.

populari, eius productionem & initialem originem, incertis fortunæ fluctibus mandare nil sunt veriti. Phœnicum siquidem & Ægyptiorum Theologia, casu homines, ac reliqua animantium genera prorepisse e terra asseuerabat, nullum inter rationalem animam & irrationalem substantiam interstitium opinata, quod ipsum nec Euripidi, Anaxagoræ confectatori, nec non Archelao Physico displicuisse videtur. Quibus ad stipulatur Auicenna, vir alias subacti ingenii, libro de Diluuiis, dum ait: Post immensas terrarum inundationes, humano semine nullo, tabidis tantum cadaveribus, seminii vbertatem præstante cœlestium corporum influentia, hominem & solere, & posse repari, proinde colligit, nō videri ad generationis necessitatem, partes requiri generationi dicatas. Quæ adstructio infaulta, & veritatis nescia censerī debet: Sol & Homo, dicebat Aristoteles generā hominem,

§ P R Æ F A T I O.

non generatione æquiuoca, sed
vniuoca. Verum enimuero, in
homine non fortuito, sed συζυγία
maris & fœminæ mutua, genito,
huiusque interiore fabrica, plu-
rima se ingerunt, singulari digna
admiratione, quæ singillatim accu-
riose contenteque si quis exse-
qui curet, vix reperietur finis vl-
lus.

Assignarunt nonnulla Anato-
mes Professores antiquiores, qui-
bus recentiorum curiosa manus
plurima adiecit, nec dubium est
multa adhuc ab aliis intacta, ne-
dum animaduersa intus in homi-
ne latere, adeo abstrusa & recon-
dita est corporis humani σύνθεσις.
In qua cum præter cetera videam
a paucissimis materiam secundi-
narum vasorumque umbilicalium
fuisse ventilatam, horis succisuiis
in vireta & amœnitates eorun-
dem exspatiari operæ pretium iudi-
caui, in præsentem Διάσκεψιν omnis
ἐπιπέπλωτα referens.

Quam

P R Æ F A T I O. 7

Quam *Ἰατρικῆ*, Viri Ampliffi-
mi & Prudentiffimi, vobis inscri-
bendam esse mecum constitui,
non vt contra nocturnos oculos,
& frontes obduratas, nec non in-
uidorum calumnias me tueami-
ni: inuidiam enim, quæ felici-
tatis comes est, nil vereor, nec
deprecor, probe perspectum ha-
bens, pro Medicina loquentem
multos habere iudices: ita alter in
alterius liuet & grassatur inge-
nium, quorum tamen conatus æ-
que vt Vulpium gannitus, aut
anserum sibila, nihil expauescam,
sed eandem vna cum tractatu
de Partu Gabsheimense Mon-
stroso, nuper in lucem edito,
gratitudinis ergo, ceu memoriæ
κεμήλιον, quod in Vestrorum Me-
dicorum collegium, ante qua-
driennium me gratiose recepistis,
in eoque defendistis, offero, di-
co, consecro, Thura non ha-
bent, qui mola salsa litant.

Δ Δ

3 P R Æ F A T I O .

Deuster Opt. Max. vos omnes ordinis senatorii viros apprime conspicuos, protegat, & ad Nestoris annos feliciter perducatur. Dabam VVormatii ex Musæo meo anno millesimo sexcentesimo septimo, pridie D. Apostoli Matthiæ, quod Carolus V. Romanorum Imperator Inuictiss. Gandavi anno millesimo quingentesimo in hanc lucem genitus est. Valete.

Vestraz Reipublicæ

Medicus additiss.

Hector Sclanouiüs D.

AVCTOR CANDIDO LECTORI.

HAbes, candidè Lector, *Discours sur Anatomie*, perbreuem, haud in-
frugiferam de Vasis Umbilicalibus &
Secundinis, quam eo lubentius pro viri-
li mea concinnaui, cum paucissimi de
hac materia scriptores essent. Vnicum
noii Arantium Anatomicum Bono-
niensem, qui libellum conscripsit de hu-
mano fœtu, in quo nonnulla, pœce tanti
viri, cum aulo-ſia pugnancia tradit.
Haud parum me iuuat, fateor, ipsa inſpe-
ctio Anatomica, tam brutorum, quam
humanorum corporum, quæ mihi ſupe-
rioribus annis contigit in auguſto ro-
tundoꝝ Venetorum Muſæo, ubi Erida-
nus in mare Adriaticum ſeſe exonerat,
adminiſtrante illam Hieron. Fabricio
ab Aquapendente, Anatomico huius ſe-
culi conſummatiſſimo, maxime in hiſto-
ria Cotyledonum. Reliqua prodire ex
mea Republica literaria, quæ ſi Lectori
acceptabilia erunt, ad maiora ſtimulum
mihi excitabunt. Interim vale & his
frucere.

ELENCHVS CON- TENTORVM.

- CAP. 1.** De Methodo huius *Exorté* *Exorté*.
2. De Historia vasorum umbilicalium.
 3. De actionibus & utilitatibus horum vasorum.
- Probl. 1.** De situ umbilici.
2. De exortu vasorum umbilicalium.
 3. *Que* *sit* *vrachi* *utilitas* *in* *foetu* *hu-*
mano?
 4. *Cur* *vasa* *umbilicalia* *sint* *contorta*
& *num* *contorsio* *sanguinis* *im-*
pediat *transitum?*
- CAP. 4.** De Historia Secundinarum.
5. De actionibus & utilitatibus Secundinarum.
- Probl.** De infantium recens natorum *ga-*
lea & *laqueo.*
- CAP. 6.** De Coyledonibus.
7. De utilitatibus Coyledonum.
- Prob** *emata* *aliquot* *de* *Coyledonibus.*
- CAP. 8.** *Continet* *des* *du* *des* *des* *des* *des*
Secundinarum *retentiarum.*

P R A E.

PRAEFATIO CVM
 APOLOGIA IN NA-
 turae calumniatores.

NON MINEM animalium
 omnium, quotquot in
 orbe sunt, esse praestan-
 tissimū, & sacrae & pro-
 fanæ testantur literæ. Nam cum
 DEVS IN TRINITATE VNUS cetera ani-
 mantia ad partem abiceret,
Os homini sublime dedit, cælumq; tueri Quid, &
iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Mictam.
 Sunt tamen qui inique æstimantes
 de natura humana, calumniis &
 denre theon no illam atrodere nõ
 erubescunt, ex quorum censu est
Democritus, cuius fontibus hortu-
 los suos quoque irrigauit *Epicurus*,
 qui naturam, vt nouercam læuam
 & iniustam calumniantur, quod
 hominem animal, *vt Plini verbis*
utar, ceteris imperaturum in die
 natali nudum & inermem ex tepi-
 do matris utero in gelidam humū
 abiciat, vinculis, quæ ne feras qui-

dem inter nos genitas excipiunt, per singulos artus vinctum in cunabula coniciat, vitamq; a vagitu & ploratu nos auspicari permittat, atque tandem veterum nouorumque morborum phalangibus miserum hominē rursus penitus perfundet. Tanti fuit apud antiquiores momenti hæc opinio, vt etiam nōnulli in hæc proruperint verba: *Non nasci optimum, aut natum quam citissime aboleri.* Apud Thraces adeo inoleuit, vt puerperia luctuosa, funera vero lætissima iudicarent, quod Archias Græco testatur Epigrammate:

Οἱ μὲν γὰρ ζῶντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν

Ἐς κακὰ, τοὶ δὲ κακῶν εὖ εἰς ἀγαθὰ φέρονται.

Alii de natura conqueruntur, quod magnitudine corporis non æquamus Elephātes, velocitate ceruos, leuitate aues, impetu tauros, quod solidior sit cutis beluis, decentior damis, densior visis, mollior fibris, quod sagacitate natium nos vincant canes, acie luminum aquilæ,

perspi-

perspicacitate auditus vulpes & talpæ, perfectione gustus gallinæ, spatium ætatis corui, multa animalia nandi facilitate.

Nonnulli naturam accusant, quod formæ elegantia & venustate non omnes æqualiter condecorer, multiformes & monstriferas hominum effigies producat, gibbosos, strumotos, hiscos, mutilos generet.

Omaes hi profecto iniqui & rigorosi sunt ætimatores de natura humana peruersæ iudicantes. Quos, vt Plato refelleret, naturæ gratias egisse fertur, quod homo natus esset, non belua, quod ipsum & Thaletem Milesium facti tasse legimus. Galenus, vt horum errorem ostenderet, passim *in lib. de Vf. part.* sapientissimæ naturæ quamuis indoctæ in humani fœtus fabrica, opera admiratur & celebrat. Et quis non. Licet enim natura hominẽ in die natali nudum & inermem veluti naufragio eiectum in nudam pro-

duxerit humum, potuit tamen pro
temporis & loci commoditate *In-
genio armari, ratione vestiri*, qua vel
sola *ratione* natura omnia bona,
quæ brutis liberalius data videntur
quam homini, affatim compensa-
uit. Hinc recte Aristoteles dice-
bat: *Qui hominem deteriori conditio-
ne natum, quam cetera animantia tra-
dunt, hi non recte sentiunt*. Et Græcus
ille Philo Iudæus: *Pro omnibus, in-
quit, brutorum donis RATIO homini
data est, vltix & præsul contra eos, qui
in hominem aliquid moluntur*. Quid
vero, inquit Cicero *lib. 1. de leg* ra-
tione in homine diuinius? quæ
cum adoleuerit, rite nominatur sa-
pientia, cuius si homo fuerit com-
pos, diuinitatis quoque particeps
erit. Alios quod a tiner, qui de na-
tura queruntur, quod in multis
bruta animantia nos superent, au-
diant hi Lactantium: *Si homini feri-
nos, inquit dentes aut cornua, aut un-
gulas, aut caudam, aut varii coloris p̄-
tos ad ad d'ffer, quis non sentit, quam*
imp̄o

*corpore animal esset futurum, sicut bruta, si nuda & inermia fingerentur. Imo si Deus in ea forte conuerteret animalia, quorum sortem praeferunt sua, protinus profecto cupient remigrare magnisque clamoribus pristinam conditionem flagitabunt. Qua igitur est amentia ea praeferre, quæ si data sint, accipere detractes? Hactenus Lactantius. Euenit profecto illis ac lepori, qui a Ioue præter velocitatem calliditatem, nec non Vulpi, quæ præter calliditatem celeritatem quoque ab eodem petebat. Quibus Iupiter respondit: *Ab origine mundi tæ sinu liberalissimo singulis animantibus sua munera sumus elargiti, vni autem omnia dedisse, aliorum fuisse iniuria, quasi diceret Laurentius Abstemius, ex cuius Hecatomythio priore hæc mutuatus sum: Deum singulis sua munera ita equali lance distribuisse, ut quisque sorte sua contentus esse debeat. Qui vero naturam erroris insimulant, quasi monstra intendat, iniuriam faciunt. Naturæ**

finis propositus is est, vt semper generet, id quod melius est dicente Philosopho. Quod vero a scopo nonnunquã aberret, per accidens, vt in scholis loquuntur, fieri dicitur. Quisquis autem es deformis, ne doleas, quam multis enim formositas sæpe nocuerit, historis & exemplis manifestum fieri poterit. Eleganter hoc nobis sub enygmate depingit Abstemius de arboribus pulcris & deformibus, &c. Hæc præfari volui.



ΔΙΑΣΚΕΥΙΣ ANATOMICA,

DE VASIS VMBILICALIBVS
& Secundinis fœtus humani.

DE METHODO HVIVS

Ἰσπανέσιος. CAP. I.



Vicunque feliciter & cum **Tria Ana-**
fructu in studio Anatomico **tomes re-**
versari cupit, **TRIA**, non **quisita.**
plura, non pauciora, secum
perpendat necesse habet, ἰσο-
είαν, ἐνεργειαν. καὶ γένηαν. Historia absolutur
ἀνατομῆν, id est dissectione, in qua a posteriorè
ea, quæ insunt, ut Temperamētum, quæ Con-
sequuntur, & quæ Accidunt, ὡς οὐκ ἴστω ἀπα-
parent. Actio & Vsus perficitur Anatomico.
Dicebat enim Philosophus omne organum,
ἢ νεκρὸν hoc est, gratia alicuius esse fabrica-
tum. Hoc vero Gratiā alicuius est propter
Actionem: Actio igitur illa est, in qua omnes
ὁ τελέως diriguntur partes. Quæ sententiā du-
pliciter exponi potest, vel ut pars agat, vel ut
commoditatem præstet & inserviat. Huius-
modi Methodum exactissimam video tra-
ditam & a Galeno & ab Aristotele, duobus
illis omnium scientiarum luminibus, in quo-
rum libris ὡς ἐν τῷ Μικροκόσμῳ, seu humanis

B

corporis fabrica nil aliud consideratur, quam
 historia, actio & usus. Unde prima parti in
 Aristotele respondent libri de historia anima-
 lium. In Galeno libri novem de Anat. admi-
 nistr. liber de dissectione Venarum & Arter-
 riarum, de dissectione nervorum, libri sex de
 Dissectione secundum Hippocratem, si exsta-
 rent. Secunda parti, qua est de actione totius
 organi in Philosopho respondent libri de Ani-
 ma, de generatione. In Galeno libri tres de fa-
 cultatibus naturalibus, de placitis Hippoc. &
 Platon. de motu musculorum, de motu thora-
 cis, de pulsibus, de respiratione, de voce, si ex-
 staret. Ultima parti, qua est de utilitate, in
 Aristot. respondent libri de partibus anima-
 lium. In Galeno magnum illud opus de funa-
 mentis, seu usu partium, de usu pulsum, de
 usu respirationis. Hanc Methodum artificio-
 sissimam pauci ex Neotericis sunt assequuti,
 inter quos est Hieronymus Capivaccus, qui,
 licet in lumine Methodi Anatomica se omnium
 minimum aestimet, artificium tamen hoc Me-
 thodicum adhibuit, dum ait, ad Anatomicum
 pertinere differentiam lanii, non modo circa
 Dissectionem versari, verum etiam circa actio-
 nes & usus. Hac Methodo annuatim uti so-
 let Hieronymus Fabricius ab Aquapendente
 Professor Patavini Gymnasii supraordina-
 rius, quem titulum haud ita pridem Respubl.
 Veneta ipsi donavit, eo quod per octo lustra,
 Ana-

Anatomen maxima cum laude in theatro Patauino exercuerit. Hac igitur utar & ego in presenti διαλέξει, insertis nonnullis problematibus, ab historia vasorum umbilicalium exorsurus.

DE HISTORIA VASORVM umbilicalium. CAP. II.

Vasa dicuntur Umbilicalia, non quod ab umbilico ortus sunt trahant principium, quod vocant *ὑπέροως*, sed quod per umbilicum distribuuntur, quod vocant principium *διεξήροως*. De principio *ὑπέροως* magna Dd. est controversia. Sunt qui e vasis vteri originem habere asserunt: Hi rem acu non tangunt. Rectius sentiunt, qui cum Gal. li. 6. de placit. Hip. & Plat. a foetu ipso deriuant, hoc est, venam umbilicalem a vena maxima, arterias a ramis *φλιακίς* Aorta descendentes, vrachon & fundo vesicae, e quo instar ligamenti ad umbilicum inter arterias umbilicales defertur. Dignum vero consideratione est, quod Galenus lib. 15. de vs. part. cap. 4. in his vasis obseruauit, scilicet eo minora esse, quo magis ab umbilico sunt remota, eo maiora, quo magis ad umbilicum accedant, circa umbilicum esse maxima. De numero horum vasorum non omnium est eadem opinio. Sunt qui *ἡεαχόν*, id est, urinae culum e numero vasorum excludunt, tria tantumtaxat constituentes, venam umbilicalem,

Ratio nominis.

Obseruatio

Controversia de numero.

Opinio
Arantii.

Opinio
aliorum.

arteriasq³ duas, e quorum censu est Arantius
Anatomicus Bononiensis. Sane $\epsilon\epsilon\chi\delta\varsigma$ in hu-
mano foetu adeo est exiguus, ut ferme conspe-
ctum, nisi lynceus sit, fugiat: Hinc vir tantus
existimavit, humanum foetum $\epsilon\epsilon\chi\delta\varsigma$ desti-
tuit, & reddere urinam per pudendum. Sunt
qui numero quinque constituunt, eo quod du-
plicem observarint venam umbilicalem. Alii
quatuor assignant. Facili negotio hi possunt
conciliari. Dua sunt vena eaque albidiores,
dua arteria, eaq³ rubicundiores, nullis dicer-
si generis inter se commistis, sed venis semper
cum venis, arteriis cum arteriis coeuntibus:
& $\epsilon\epsilon\chi\delta\varsigma$ vas quintum omnium rubicundis-
simum, in medio horum vasorū consistens: hac
ratione erunt quinq². Quia autem vena um-
bilicalis circa ortus sui principium unica ex-
sistat, licet post umbilici transitum in duos ab-
eat ramos, hinc nonnulli quatuor tantum re-
censent. Exoritur vena umbilicalis Embrii
nutricula ex parte sinistra hepatis, non ex venis
Mesaraicis, quod verū est in canibus, quibus
tres insunt vena umbilicales, quae ū una ori-
tur a iecore, reliqua dua ex lactibus. Arteria
vero umbilicales, quae nō coeunt, sed divisa ma-
nent, neq³ recta ex sinistro cordis ventriculo;
eum enim hic a positu umbilici longissime sit
dissitus, nō erat tutum eas solas, veluti penden-
tes tanto itinere committere, neq³ recta ex ar-
teria spina incumbente, praeter quā quod enim

hoc

hoc itinere in nullo instrumento conquiscere poterant, locus hic ab intestinis & renibus iam diu occupatus erat. sed deorsum ex ramis magna arteria fliacis originem trahunt, in quo itinere vesicam conscendunt, cui vinculo quodam membranaceo in utroque latere annectuntur. Οἷα γὰρ, ut dictum est, fundo vesicæ exoritur tendit ad umbilicum, extra tamen infantis corpus nullum huius vasis vel potius ligamenti vestigium per umbilicale intestinum progreditur. Falluntur ergo qui ἰσχυρὸν in Allantoida terminari asserunt (si sermo fiat de humano foetu) ut eo urinam infantis deponat, neque enim legitur foetus humanus has membranas, quam Allantoida vocant. Pro coronide observandum vasa hec circa umbilicum quodammodo esse contorta, ubi nodos quosdam cinguli Franciscani nodis similes efficiunt, ex quibus obsterices, quæ Medice ipsa quoque, si diis placeat, videri volunt, foetus multipliciter tanquam ex tripode pronunciant. Vasis externe πάλαι γὰρ ἴσχυρὸν adheret pellicula quadam tenuis & mucosa. Plura qui desiderat, legat cap. 4. lib. 15. de vs. part. in Galeno.

Error nonnullorum circa ἰσχυρὸν.

Observatio.

DE ACTIONIBVS ET utilitatibus vasorum umbilicalium. CAP. III.

OMne organum, alicuius gratia esse factum c. i. cum Philosopho dicebamus. Ergo &

Actio & usus vasorum umbilicalium.

B 3

A simili.

vasa umbilicalia, vel actionem vel utilitatē in
 corpori præstabunt. Hac vero est, ut fœtus in
 utero materno adhuc inclusus nutriatur. Sic-
 ut enim semen in terram projectum primo a
 semeripso initiū trunci simulq; radicem pro-
 ducit, ut postea per radices truncus nutriri pos-
 sit, ita in hac nostra figuratōne primā dum re-
 liqua partes formantur, simul etiā ductus um-
 bilicalis producit, quo fœtus nutriri & au-
 geri debebat. Vena itaque umbilicales in fœtu
 sunt necessaria, ut comportent sanguinem pro
 sui nutritione, arteria, ut spiritum communi-
 cent. De vrachi vilitate dicetur inferius in
 Probl. Ex hisce abunde liquet fœtum utero ad-
 huc inclusum per umbilicum alimentū attra-
 here. Faceat ergo opinio Democriti & Epi-
 curi, dum fœtum in utero per os alimentum
 attrahere assererent, nixi duabus rationibus.
 I. Quia in lucem editi mammillas quamprimum
 ore conquirant, nam & intra matricem
 papillas quasdam esse aiunt, e quorum
 foraminibus alimentum ducunt. II. Quia
 nati celerrime ventrem exonerant. Verum
 quæ in lucem editus infans statim per aluum
 extrudit primæ coctionis excrementa non
 sunt, sed impurioris & crassioris sanguinis re-
 crementa. Sugit vero infans non a consuetu-
 dine, sed a natura indocta ita doctus. Cui ac-
 cedit & illud Philosophi 2. de generat. animal.
 Quomodo possibile est, ut puer sugat labiis

ex vlti-

Explo ditur
 op nio De-
 mocriti de
 nutrimēto
 fœtus per
 os.

ex utero, cum sit inclusus istis membranis. *Inst. 23*
 Multis negotium fecit locus Hippoc. libr. de Hippoc.
 carnibus, quem librum alii, ut *Marsilius*
Cagnatus Medicus Romanus refert, inscri-
 bunt de Principiis, ubi inquit: Puerum in u-
 tero comprimentem labia ex utero matris su-
 gere. Profecto hic locus a sapientia magni
 Hippocratis videtur alienissimus, adeo ut a-
 pud multos despectum auctoris pariat. Non-
 nulli ipsum saluant, dicentes, Hippocratis se-
 culo rudem adhuc, nec dum satis explora-
 tam fuisse anatomes cognitionem, quod *Gale-
 nus* aliquoties de *Diocle*, *Praxagora*, *Philo-
 timo* dicere solitus est. Absit tantum virum,
 de quo *Macrobius* aliquando dicebat, quod
 nec falli, nec fallere unquam potuerit, de
 quo *Poetus* ad *Artaxerxem* scribebat, quod
 a diis ortum haberet, hæc ex mente propria
 dixisse. Rectius sentiunt, qui hunc Hipp. tex-
 tum genuinum esse negant, asserentes a quo-
 piam interprete fuisse interiectum, ut liber
 maiorem excresceret in magnitudinem. Qui-
 bus eo libentius adstipulor, quia liquido con-
 stat ex censura illa de operibus Hippocratis
 nuper *Venetis* edita, cuius auctor è *Hierony-
 mum* statuerunt *Mercurialem* librum de *Car-
 nibus* inter spurios Hipp. libros, genuinis inter-
 mistos esse referendum. Alii item hanc diri-
 mentes, locum loco, auctoritatem auctoritati
 opponunt ex lib. de natura pueri, ubi Hippoc.

Solutio
prior.Solutio
posterior

dicebat. Per umbilicum foetus spirat, alimen-
 tum & incrementum capit. Neque huius respon-
 dent iavōs. Galenim lib. de form. foetus, de au-
 ditore huius libri dubitare videtur, inquit,
 siue Hippocratis sit, siue eius discipuli Polybi.
 Omnium firmissime hoc demonstrari poterit ex
 libr. de Octim. partu, qui licet ab Hipp. editus
 non sit, ab eodem tamen est conscriptus, in quo
 sequentia habet. At vero umbilicus, per
 quem alimenti ingressus pueris contingunt.
Figmentū Abeat ergo cum suo figmento Alcmaon Cro-
Alcmaonis tonata, qui foetus perinde atque spongia, un-
 dig. toto corpore alimentū assumere credit.
Observatio Vnicū restat circa haec vasa umbilicalia con-
 sideratione dignissimum, incredibilis & ad-
 mirabilis horum, Prothei instar, permutatio,
 qua videsō. Liv. intuenti apparet. Dum foetus
 utero geritur, sunt satis ampla haec vasa, & quo
 plus augetur foetus, tanto magis augentur haec
 vasa. Foetu vero in lucem edito ea marcescere
 & q. senium contraxisse conspicimus. Licet
 Volcherus in virgine triginta quatuor annorū
 Noriberga viderit verā umbilicalem iterum
 mutatam in venam laxissimam. Quid quaso
 perpetrarunt haec vasa, quae est causa huius
 subua. mutationis. Galenus cum no. dum hunc
 dissoluere non possit, bona interim fide pignoris
 loco relinquit in genui animi, cand. atque ver-
 bum hoc: N E S C I O. Sane, si sol. est causa, illa
 est, quia propi. o. usu sunt orbata. Quo in loco
 oritur

oritur dubitatio non contemnenda. Si enim v-
 si destituantur, frustra aliquid natura fecisse
 videtur, aut si saltem sunt funiculi, diateo^q
 a q³ edouiva. vna carebunt, tandemq³ interi-
 tui erunt obnoxii. Saluo interim existete cor-
 pore. Pro cuius difficultatis solutione dicendū. Sol.

Vnius rei plures esse fines sed subordinatos.

Hac vasa mira vterum latitantia usum pre-
 stitute foetui pernecessarium, extra vterum
 alium a natura acquisiuere finem homini con-
 uenientem. Hic vero est, ut vena umbilicalis
 attoliat quodammodo ipsum iecur, trahendo
 deorsum quo minus a Diaphragmate suppri-
 matur: arterie vero vesicam quodammodo ad
 latera trahunt. Cui sane solutioni adstipula-
 tur quod subtiliss. Scaliger exer. 246. sect. 2. de

Histor. de
 modo sup-
 plicii apud
 Aegyptios.

grassatorum supplicio apud Aegyptios com-
 memorat. Apud Aegyptios, inquit, hodie gras-
 satores & rebelles pro supplicio viuos exui co-
 rio, eos ita demum, diu magno cum cruciatu
 viuere, si carnifex umbilicum ferro non at-
 tingat, eo acto illico expirare. Rationem hu-
 ius existimo. mori hos non tantum propter do-
 lorem, sanguinisque aμποπάρυαν, verum po-
 tius, quia soluta vna umbilicali premitur
 Diaphragma, & sic homo suffocatur.

PROBLEMA I.

Utrum umbilicus situm habeat in
 medio corporis.

Nolo ex hac quaestione reportare id, quod

B 5

l. 15. de Vl.
p. c. 4.

Opinio au-
toris.

hand ita pridem Medico cuidam contigit
disputanti de situ cordis. Galenus & Aristote-
teles umbilicum in centro corporis colloca-
runt. Vesalius contra hos disputavit. Realdus
lib. 11. c. 16. Vesalii rationes appellat frivolas.
Existimat Columbus ideo mediam corporis
occupare partem, quod in utero matris lati-
tantes per eundem commodius nutriamur, per
eundemque recrementa reddamus, vel ut a-
lii dicunt, quod sanguis ingrediens futurum
fœtus alimentum possit omnes partes itas æ-
qualiter nutrire, cum ab omnibus æqualiter
distet. Nos umbilicum, medium obtinere ab-
dominis, nequaquam verò medium co-
poris assenserant dicimus. Auctoris hæc est, quo-
niam in prima nutritione, fœtus quantitas &
partium magnitudo supra umbilicum est de-
cuplo maior magnitudine earum, quæ sub ipso
locantur. In recenter verò nato est quadruplo
maior, quod inde constat, quia si infantem um-
bilio apprehendamus, sursumque velut in æ-
quilibrio tollamus, pars supra umbilicum in-
signiter parti inferiori præponderat, quod Le-
beride cæcior manibus saltem contrrectare po-
terit. Medium verò corporis Mathematicum in longitudinem observaturi, beneficio
circini facillime experiri poterunt, initio a
frontis cacumine factò. Cum enim non unius-
cuiusque corporis sit eadem dimensio, nec de
singulis unum idemque esto iudicium, in qui-
busdam

busdam ter terni sufficiunt circini, in aliis decem: In Canopa pauciores, in Gabbara plures requiruntur.

PROBLEMA II.

Vnde Vasa umbilicalia ortus sui trahant initium?

Difficilis hæc est questio. Num scilicet foetus in se principium horum vasorum habeat vni illicale, an vero a pregnantis matrice accipiat. Nonnulli ex dissectionis Professoribus e pregnantis utero originem habere contendunt: Et ut huic opinioni patrocinium addant, Galenum eiusdem sententia auctorem statuunt eo, quod in libro de dissect. Vteris sic habet. Vasi, quod in chorio est, facit initium finis illius, quod in matricem emersit, ut duo hæc unum quis dicere possit, oribus enim uniuntur, atque alterum ab altero, vena inquam a vena sanguinem, arteria ab arteria spiritum haurit. In libro vero 15. de Vsp. cap. 4. In singulis vasorum orificiis, quæ intrinsecus in matricem pertinent, quo tempore utero geritur, aliud vas gignitur, arteria quidem in arterie, vena in vena orificio, &c.

Alii aliter sentiunt & rectius, principium horum vasorum non in pregnantis utero, sed in foetu ipso querentes, ut supra ca. 2. fuit conclusum. Ex horum censu est Archangelus Piccolthom. anat. prælect. lect. 10. Andreas Laurentius, l. 2. controu. Anat. Quest. 20.

Consi-

Opinio
prior Pinæi
& aliorum.

Opinio po-
sterior.

Expl. locus
Gall. de
diff. uteri.

Explic. lo-
cus ex 15. de
Vf. p. c. 4.

Rationes
Galen.

Consimilis opinionis fuisse Galenum, liquide
apparet librum sextum de Plat. & Hip. decre-
tis legenti, adeo ut demirari satis nequeam il-
los, qui tantum virum in contrariam pertra-
here sententiam conantur. Quantum enim ad
locum illum ex lib. de dissect. Uteri. Galenus i-
bi liberius & more vulgi, principium & finem
sepe confundentis, non autem ex propria locu-
tus est sententia, accommodans se ad obstetri-
cem, in cuius gratiam hunc libellum scribebat.
Neq. ex lib. 15. de Vf. p. c. 4. id probabunt. Præ-
terquam quod enim Galenus in istis libris u-
tilitates tantum partium, non vero historiam
ex professo inquirat, etiam ante libros de plac.
Hip. & Plat. ab eodem sunt conscripti. Jam
vero cum in lib. 6. de decret. Hip. & Plat. ex-
presse ad longum recenseat, omnes illas venas,
quæ in inuolucro cõceptus exteriori, quod χό-
ειον vocant, utero coniunguntur, esse maxime
illius a iecore exeuntis progerminationes (per
maximam intelligit causam, ideo etiã 15. de Vf.
p. cap. 4. e sima epatis parte oriri asserit, qua in
parte Galenum sequitur. Vesalius ab eo ve-
ro recedit, Realdus & Laurentius, qui venam
umbilicalem vena porta propaginem statuunt)
multis quinetiã rationibus id stabilit, 1. quod
maiora sint minorum principia, 2. quod arte-
riis circa umbilicum laqueo constrictis statim
omnes in se iudis pulsu destituantur, 3. quod q̄
& deriuatis ab alio deriuantur, eandem habeant
origi-

originem quam illa a quibus derivantur, aliter dicere non possumus, Galenum huius sententia cum priore e Diametro pugnantis autorem & fautorem fuisse maximum, dicant alii, quicquid velint. Plura qui volet, legat Gal. l. 6. de decret. Hip. & Plat.

PROBLEMA III.

Quæ nam sit & ex quibus utilitas in fœtu humano?

DE Vrinaculi utilitate dissentientes inuenio Medicina scriptores. Maxima Anatomicorum pars hæcenus docuit, hunc esse usum, ut Vrinam exportet. Constantius Varolius l. 4. Anatomies, c. 5. inquit, & ex quibus reuera non esse perforatum, neque per hunc vrinam euacuari. Quo sum igitur amandatur serum illud sanguinis & lotium? Quoniam facultas animalis in fœtu adhuc dum otatur, ideo totum illud in vesica colligit, unde pueruli tempore partus vesicam maximam, ventriculi ambitum triplo excedentem, nec non lotio distentam & turgidam habent. Non est ergo, ut narentur mulieres pueros receter natos, antequam escam capiant, plurimum mingere, aliumque sepius exonerare. Vesica autem ut in fœtu tantam lotii quantitatem commode contineret, ex illius fundo ligamentum ad umbilicum inter arterias umbilicales transmittit, quod ibi firmiter connexum vesicam de-

Cur infantes post partum plurimum min-gant?

Opinio
noua.

inet extensam & adeo suspensam, ut suo
pondere minime huc atque illuc ageretur. No-
na est haec opinio veritati non longe a sona, nisi

Dubitatio.

quod unicum apud me relinquat scrupulum.

Quaratione nonnunquam urina suppressio-
ne laborantibus per aliquot dies, urina per
umbilicum tandem erumpat, si perforatus
non esset. Talem historiam recitat Bartholo-
maeus Cabralius Chirurgus solertissimus. Cō-
similis urinae retenta exiit fuit in Pharma-
copola Reudlingense, referente D. Mogling.

Solutio.

Medico Tubingense. Verum quis ignorat
in uiuentibus omnia esse peruia, totumq;
corpus intus forisq;, esse perspirabile. πέν το σωμα
ἐστὶν ἐκ τριῶν καὶ ἐκ τετριῶν dicebat Hip. l. de Ali-
mento.

PROBLEMA IV.

Cur natura vasa umbilicalia consorta effe-
cerit & num contorsio sanguinis im-
pediat transitum?

L Embum dirigo ad illud πρόβλημα, cur na-
tura vasa umbilicalia effecerit contorta &
nam contorsio horum, sanguinis foetus ali-
menti, impediat transitum? Cum enim has
vasa in tantam excrescant longitudinem, ad-
eo ut commode in partu possit infans extra va-
terum hami decumbere, Secunda vero fi-
restino

testino umbilicali adalligata intra uterum
 contineri, merito de hoc dubitatur. Duo sunt
 huius ζήτηματ & membra. Ad 1. Cum na-
 tura nihil frustra etiam abiectissimum in
 nostro corpore & sine causa efficiat, hanc puto
 esse rationem ne sanguis alimentum fœtus fu-
 turum ἀδρόως, conferatur, sed καθ' ὄλιγον sen-
 sim per hæc vasa distribuatur. πᾶν γὰρ τὸ πολὺ
 ἢ οὐσεὶ πολέμιον dicebat Hippoc. Aphor 51.
 sect. 2. quo in loco addit, plurimum atque re-
 pente replere periculosum est, quod paulatim
 fit tutum est, tum alias, tum cum ab altero ad
 alterum sit transitus. Ambrosius Paravi l.
 23. Oper. Chir. cap. 8. responderi ut sanguis in
 his anfractibus remorans perfectius elabore-
 tur & concoquatur, quemadmodum in cia-
 tulatoris vasis spermaticis est cernere. Ad se-
 cundum questionis membrum pro me respon-
 sum fert ipsa vasorum structura. Natura vi-
 dens tantam vasorum longitudinem facillime
 propter complicationem posse transitum san-
 guinis impedire: idcirco totum hunc ductum
 ex quodam mucō denso ac solido fabricavit,
 cui partes externa vasorum alligata & tena-
 cissime unite non possunt in semetipsas con-
 sidere & obstrui. Hæc tamen com-

muni DD. calculo sub-
 iacimus.

DE SECUNDINIS: ET PRIMO
de earum Historia.

CAP. IV.

Etymologia
nomi-
nis.

Homonymia
voc.
Secundinae.

Controv. de
numero.

Nominantur de Vetera *Secundina*, *Secunda*, aut quod in pariendo secundum obtineant locum, aut quod secundum sint ab utero foetus dicitur *θερον*. Sunt qui nominis Etymologiam eo deducunt, quod pulvis *Secundina* parturienti exhibitus foetum secundet. Qua vero de causa cetera animalia secundinas a partu ilico deorare soleant, aliis diiudicandum relinquo. Vox *Secundina* duobus sumitur modis a Galeno, *Late* & *Presse*. *Late* pro omnibus membranarum una cum vasis & *Cotyledonibus*. *Presse* interdum pro solo *χοσιον* ut l. 15. de *Uf. p. c. 14* Male itaq; faciunt illi, qui erroris insimulant auctores, quando Galenum imitantes *Chorion* vertunt *Secundinas*. Valde autem necessarium erat, considerare has membranas, ne tenellus Embryo uteri duritie laederetur: Ut enim Deus ignem aeris spacio & aquarum divortio diuisit a terris, sic diuini operis imitatrix & amula natura, harum membranarum interiectu puellum ab utero separauit. Harum membranarum numerus est controversus. Nos in humano foetu duas duntaxat agnoscimus *Amnion* & *Chorion*. In brutis additur *Allantois*. Extendemus sermonem aliquo modo ad brutorum foetum. *Chorion*

Chorion sic dicitur, quod vena & arteria in eo Cur dicitur
 sint quasi in choro, si scribatur per o, si vero per Chorion.
 o dicitur a χορῆν quod cedat foetui. Amnios
 dicitur a μίτος foetum undiquaque cingit & inuestit.
 Dicitur Anniculum, quod instar anniculi
 totum contegat foetum, aut quia amice totum
 inuestiat. Dicitur Agmina, quia mollis & te-
 nuis est instar pellis agmina. Allantois dicitur
 ab Allas, quod apud Suidam est farciminis
 genus. Dicitur Intestinalis, quia similis est
 crassiori intestino. Vbi presens est, innoluit
 non totum foetum, sed caput & pedes. Nec est Obiectio.
 quod quempiam conturbet, quando Galenus
 & reliqui Anatomici modo tres, modo qua-
 tuor constituent membranas. Si chorion acci-
 pitur geminum, duobus tabellis constans
 quatuor numerari possunt, quamuis & reli-
 qua dua simplices non sint sed duplicata, id
 quod ad oculum elapsis annis nobis digito Sol.
 monstravit consummatissimus Anatomicus
 Hieron. Fabr. ab Aquap. Cum ageret de
 foetu bouillo. Nec deest causa. Cum enim χο-
 ριον vehat farraginem venarū & arteriarum,
 nec minus in Allantoide & Amnio sint ve-
 nulae, licet exigua, par & equum erat duos na-
 turam efficere parietes, inter quos tu-
 to hac vasa vehe-
 rentur.

DE ACTIONIBVS ET Vtilitatibus Membranarum, foetum inuoluentium.

CAP. V.

Vtilitas
Amnios.Vtilitas Al-
lantoïdis.
Vtilitas
Chorii.Observa-
tio.

Vtilitates harum membranarum depin-
git Gal. l. 15. de Vſ p. cap. 4. Toti, in-
quit, membrana tenuis undique eſt circum-
iecta, quam *ἀμνιον*, id eſt, *Anniculum* appel-
lant, foetus veluti ſudorem excipiens. Huic
extrinſecus *Allantois* incumbit, foetus veluti
lotium colligens (nota Gal. hic ſermonem eſſe
de membranis in genere.) His extrinſecus in
orbem *Chorion* eſt circumiectum, beneficio
cuius vaſa umbilicalia tanquam in *Pulvi-
nari* tuto fulciri & cum oriſiciis vaſorum u-
teri coniungi poſſint. Neque enim tutum e-
rat, vaſa puelli extra umbilicum prodeun-
tia, & nudata & ſine comitatu longo itinere
committere. Hinc dicebat Galenus libro de
diſſectione uteri. *Chorion* multarum vena-
rum & arteriarum contextus & *συμπλοκή*
quaedam eſt. Idem docebat libro de diſſectio-
ne venarum & arteriarum, libro de forma-
tione foetus.

Unum circa membranam *Allantoïda*
in brutis notandum venit, a paucis observa-
tum. Qua ſit cauſſa, quod urina ex veſi-
ca fa-

sa facilius affluat in Allantoida, difficiliter
 resluat. Forie in confinio urinae & Al-
 lantoidis est obstaculum quoddam (neotericis
 vocant Valvulas) prohibens ne regurgitet.
 Facit, ut id credam, quia si fistula u. fletur
 Allantoidis spiritus non adeo libere pertransit
 ad urinaculum. Si vero & egyptos dividatur
 ab Allantoida & postmodum stylus immu-
 tatur in Vrachon, euidenter u. flatur & egyptos
 una cum vesica, id quod superioribus anni,
 cum essem in Italia, vidi, monstrante idipsum
 Anatomico Patauo.

PROBLEMA DE INFAN-
 tium recens natorum galea,
 & laqueo.

Noleuit auiis quaedam opinio de infan-
 tium recens natorum galea uulgo Opinio á-
 Sclia vocant, non solum pud obstetrices, nisi de ga-
 lea & magne existimationis Medicos, ni-
 bil aliud esse, quam boni alicuius, mali ve o-
 minis praesagium existimantes, Unde multa
 nugantur, puer perisque spem & metum incu-
 rruunt.

Si enim nigrum sit tegmen infantis, tanquam
 ex iripode pronunciant, multa huius infanti
 futura infesta, spectris, strigibus, nec non
 obambulationibus nocturnis curam fore ob-
 noxium.

Quemadmodum autem a scorpionibus icti ab
 iisdem remedium petunt, ita, inquirunt, si hac
 galea comminuta potui exhibeatur, remedio
 esse, quin dicta infanti sint advenitura, quod me-
 hercule haud citra tam tenelli corpusculi la-
 sionem fieri poterit.

Supersticio
 caustidico.
 rum.

De radice
 Mandrago-
 ra.

Si vero velamen infantis sit rubicundum,
 egregium illum fore vaticinantur, magnaue
 dexteritate & felici successu omnia effectu-
 rû. Hac anili opinio aliam introduxit caus-
 fidicorû superstitione in coemûdis & conserva-
 dis hisce galeis, colore rubicundo pradtis, qui-
 bus multû adinuari in foro olim credebât. Ap-
 pud vagabundos illos circumcelliones & præ-
 stigiatores, quos Cingaros vocât, habetur in se-
 cretis potissimum galea primipararum. Aunt
 beneficio huius galea, vagabundum hoc genus
 hominum, loco terre determinato, incluse, su-
 per stramineo fasciculo, extra lasionem & hu-
 ius & circumiacentium fruguum in horreis,
 ignem exstruere. Cui in super addunt radicem
 Mandragora, germanice Alraun, quam
 Pythagoras ἀνδρωπόμορον appellabat, de
 qua nugigeruli multa nugantur. Hoc in con-
 fesso est, meram esse factitiam illam Man-
 dragoram humanam representantem effi-
 gium. Namque in Bryonia, Althee, arun-
 dinis, & c. radicibus adhuc recentibus, huma-
 nam utriusque Sexus effigiem insculpunt, in-
 sertis in ea loca, in quibus pilos exoriri natura

voluit

voluit, hordei aut milii granis. Dein, facta
 serobe tenui sabulo obruunt, ut grana illa ra-
 diculas emittant, quod euenit spacio viginti
 dierum. Tum eruant, & radículas ex granis
 natas acutissimo cultello concidunt adeoque a-
 peant, ut capillum, barbam, & ceterarum
 corporis partium pilos referant. Hanc postea
 effigiem sub patibulis & rotis ex urina suppli-
 cius affectorum enatam hominibus falso per-
 suadent, monstrososque effectus pollicentur, nec
 nisi magno vite periculo effodi posse nugantur,
 cane, qui euellat, radicibus adalligato, & au-
 ribus pice obturatis, ne radicis clamorem ex-
 audiant effodientes, quo audito illis alias per-
 eundum sit. Cuius impostura patrocinatoros
 fuisse quoque videntur antiquiores, in quorum
 censu est, Theophrast. l. 9. Hist. cap. 9. Plin.
 l. 25. cap. 13. & alii. Et hæc $\pi\alpha\rho\epsilon\sigma\sigma\omega\varsigma$. De galea
 rectius sentiunt, qui pro hac membranas fo-
 rum inuoluentes, utero dum adhuc contine-
 tur, substituunt. Quod si enim partes genita-
 les laxæ sint, atque in enitendo affatim debi-
 scant, una cum infanti nonnunquam profili-
 unt. Sin vero infans agre, magnoque molimi-
 ne ex hisce angustiis eluctetur, propter angu-
 stiam orificii in utero, hærent illa membrana
 in mediis spaciis, faciemque cœu larua aut
 personato tegmine obducunt, non secus, quam
 si pelliculam in quadam corporis parte atteri-
 mus, ubi per angustam rimam, serpentis in-

star sumus elapsuri. Nec minus vana est persuasio de laqueo, uti vocant. Cum enim inquirunt, intestinum umbilicale feratur circa superiorem pueri partem ideo ubi caput deorsum inclinatur, per unumque intestinum extraremanet, ea forma, qua Monachi caput ipsis detegere solent, unde stolidae mulierculae Monasticam vitam infanti praesagiunt. Quod si verum descensu ad posteriora capitis minime feratur, supra faciem & iugulum usque descendit, & circa collum obvolvitur, eodem pacto cuncti pueri nascuntur, unde obstetrices ut faciem suspendendum pronunciant. Verum haec & huius farinae commenta otiosae, quae facta delectant, ingenis eliminanda relinquimus.

DE COTYLEDONIBVS

CAP. VI.

Uterina vasa umbilicalia longo ferantur
 Cramite, natura sollicita puluinar hisce
 substituit, quod Chorion vocauimus. Cum
 vero haec vasa cum vasis uteri per aëras
 conuenire deberent coniungi, Acetabula, seu
 Cotyledones natura fabricauit. A Graecis dicuntur
 κότυλας, a nostris Acetabula fortassis a
 figura vasis Acetabuli, aut herbae illius quam
 depingit Matiholus, l. 4. cap. 88. Galenus
 de his loquitur, l. 1. de sim. cap. 7. l. 15. de V. s. p.
 cap. 5.

cap. 5. 5. Aphor. 45. In his locis inquit esse va-
 sora ad matricem peruenientium orificia
 seu puncta hiantia & sanguinea. Probat id ex
 Praxagora & Hippocrate Aristoteles l. 7.
 de Hist. anim ca. 8. 2. de gener. animal. cap. 5.
 Cotyledones (loquitur de cornuis animalibus)
 sunt, quae curuamine suo respiciunt uterum
 cauo conuerso ad foetum. Horum tamen
 Cotyledonum non est par ratio in omnibus.

Quaedam animalia habent, quaedam non
 habent, ut apparet ex subie-
 cto schemate.

C 4

| | | | | | | | |
|--------------------------------------|---|-----------------------------------|-----|---|--|-------------------------------|--|
| Coty- ledo- nes ha- bēt. | Mulie- res, Oves, Mures, Cunicu- lae, Canes, Cati, Indicē suilla, Animā tia alte- ra parte denta- ta. | aut vnā aut plu- res, | vnā | Mulie- res, Mures, Canes, Cati. | aut in forma placē- tæ aut fasciæ. | Placē- tæ, Fas- ciæ, | Mulieros Mures, Canes, |
| | Equæ, Porcæ. | | | aut re- ueranō habent vt | | | Pēnata Serpē- tes, Omnia ouipara |

Vidi in chorio Equino extuberantias
quasdam minutas frequentissimas,
quæ vices cotyledonum subibant.

ANATOMICA, CAP. VII. 41

Circa hoc quatuor sunt notanda. Pri- Observat. I.
 mum, tempore Galeni fuisse nonnullos, qui Co-
 tyledones in mulieribus negarint, quos refutat
 Gal. lib. de dissect. uteri. II. Que Cotyledo- II.
 nes habent in forma placenta & zona seu fa-
 scie, situ quinetiam differunt: placenta in
 muliere fundo uteri annectitur, in muribus
 adiacet pectori, in canibus cingit lumbos. III. III.
 Admirabilis est cotyledonum collocatio in ani-
 mantibus plures habentibus secundum ordi-
 nem & classes, quorum sunt quatuor, ut ap-
 pareat evidenter in chorio inflato, cui accedit
 & illud, quod nulla cotyledo alteri exacte re-
 spondeat, sed semper inter duas inseratur.

DE UTILITATIBVS
 Cotyledonum. CAP. VII.

Fuit opinio Arantii Anatomici Bono- Opinio
 niensis, sanguinem menstruum in his por- Arantii.
 tionibus carnosus depurari, depuratum dein
 in vasa umbilicalia transportari, ideoque ute-
 rinum iecur hanc portionem carnosam indi-
 gitavit. Et ut hanc suam opinionem stabili-
 ret, addebat non fieri connexionem vasorum
 uteri cum vasis umbilicalibus per ἀναστομωσιν,
 sed vasa venientia in hanc portionem in mi-
 nutissimas dissolui radicales, hasque tandem
 dissipare. In hac opinione duo sunt refutanda. Duo opi-
 I. Committi Elenchum finis ab Arantio, nionis ab-
 ideoque nec uterinum iecur dici posse. II. Nulle surda.

modo vasa hac in nihilū redigi. Ad primum. Si est vicerinum fœcur, in quo fit depuratio sanguinis, ubi sunt excrementa. In omni enim coctione duo sunt excrementorum genera. Dices pro Arantio. Fortassis illa portiancula nigra, quæ Cotyledonibus adharere, sunt excrementa. Esto. Erunt autem excrementa provenientia ex nutritione harum portionum priuata, quia sunt paucissima, non publica, quam ibi inesse putabat Arantius. Præterea si hæc esset vitellus Cotyledonum, sequeretur eas in omnibus reperiri. At non reperiuntur in pennatis & ouiparis, in quibus tamen maior esset necessitas, ut vitellum oui transmutaretur in sanguinem. Ad secundum. Si ipsa Anatomia monstrat ἀμφοῖν & connexionem horum vasorum per ἀσβόμωσιν, falsum erit, quod dicit Arantius. Vasa hæc dissolui in nihilum. At prius est verum ex oculari inspectione, cui ὁμοῖον est totus antiquiorum chorus. Ergo. Num vero hæc unio per ἀσβόμωσιν fiat per continuitatem, an per contiguitatem in quaestione est. Primo modo hic nulla fit ἀσβόμωσις, sed secundo modo ἀπόδιξις.

Quæstio. Si per continuitatem fieret, difficilima in partu esset auulsio, & διὰ τούτων vasorum a vasis laboriosa. Exempli gratia: Si una vena, quæ alteri per ἀσβόμωσιν continetam sit unita, videbis illam non nisi maximo cum labore & dolore diuelli, quid igitur fiet in multis vasis

in cho-

Solutio.

Si per continuitatem fieret, difficilima in partu esset auulsio, & διὰ τούτων vasorum a vasis laboriosa. Exempli gratia: Si una vena, quæ alteri per ἀσβόμωσιν continetam sit unita, videbis illam non nisi maximo cum labore & dolore diuelli, quid igitur fiet in multis vasis

in cho-

in chorio unitis. Si enim id quod mirus est, dolet, quanto magis id, quod manus est, dolebit. Taceo vulnera, quae in hac diuisione relinquerentur, & filamenta, quae conspicerentur, ac si linteum quis a linteo diuelleret. Fit ergo per contiguitatem, hinc facilima in partu est diuulsio. Ad quid autem Cotyledones, ut tandem finiam? Ad nihil aliud, nisi ut sint substerniculum & fulcimentum horum vasorum, nec non οἰκῆον domicilium ἀναστομῶστας vasorum cum vasis.

Vsus Cotyledonum.

PROBLEMATATA DE Cotyledonibus.

Quæritur primo. Cur quedam animalia, Quæstio 1.
ut omnia viuipara habeant Cotyledones, quedam vero ut pennata & omnia ouipara illis destituantur? Resp. Quia viuipara trahunt alimentum a venis matricis, quæ venæ, ut cum vasis secundinarum rite & apte in se se connecterentur, natura fabricat cotyledones, ouipara vero non trahunt a venis, sed sunt in ovo inclusa. Contra hanc solutionem est ratio est, ex viuiparis, ut equæ & porcæ non habent poruones illas carnosas, quas vocamus Cotyledones. Ergo ratio adducta nulla est, vel saltem non ratio τῶν ἀλλοτῶν. Respond. Licet non habeant οἴστρος & veras cotyledones, inest ipsis tamen quid ἀνάλογον, ut supra dictum. cap. 6.

Quaestio 2. *Queritur secundo. Cur quaedam animantia habeant unam, quaedam plures cotyledones? Resp. Quae plures foetus debebant portare, indigebant una, qua unum foetum, indigere pluribus. Dicit iunior, Homo habet unam portionem carnosam instar placentae, & tamen gestat unicum foetum. Verior itaque est solutio. Animalia, qua unum foetum gestant, & habent cornua in utero, (Sunt Processus uteri ad latera eius emicantes, quos Diocles primus cornua, quod cornuum veruecis recens erumpentium figuram referant, vocabat) pluribus indigere portionibus carnosis. Hic enim foetus in tali utero, cum ab omnibus uteri partibus attrahat sanguinem etiam a cornubus, necessarium erat ubique hoc fulcimentum, quia autem cornua nimium distant, si una portio facta fuisset, illa suo pondere foetum deprimeret, si non penitus foras deturbaret. Nec est, quod quispiam sibi imaginando cornua in utero muliebri, & in modo datam infringat. Nec enim reuera habet cornua uterus muliebris, licet Gal. lib. 2. de form. foetus, in principio, & alii Anatomici brutiorum dissectione decepti, contrarium statuunt.*

Quaestio 3. *Queritur tertio. Cur inter illa animantia unicam habentia, quaedam instar zona corpori adhaerentis cotyledonem habeant, ut canes & cati, quaedam vero instar placentae, aliquo modo a corpore remota? Resp. Animalia,*
qua

qua ad salendum apta nata sunt, (sic enim vertit τὸ τεχνικὸς Scal. exer. 1. & 307. f. 5.) indiguere hoc cingulo, ne inter subitaneos convulsus motus fœtus quidpiã detrimenti caperet.

Queritur quarto. Cur placenta in fœtu Quæstio 4.
humano sit locata ad fundũ uteri, super ipsum fœtum? Resp. Ne sit in exitu fœtus impedi-
mento, tum quia conveniens erat a supernis partibus fœtum accipere sanguinem pro nutrimento.

Queritur ultimo. Num Acetabula uteri Quæstio 5.
alium præter assignatum habeant usum? Resp. Negōtos illum habent, ἐπιπένας hunc, ut instar glandularum, quarum naturam emulantur, humorum supernuacua excipiãt. Hinc dicebat Hipp. aph. 45. f. 5. Acetabula mucoris plena abortus nonnunquam esse causas.

Dubitatur. Ubi sunt glandule, ibi sunt Dubitatio.
pili, teste Hippoc. loc. cit. quod probat inductione multarum partium: sub alis glandule & pili: Inguina glandulas habent & pilos: glandule sunt ab utraque colli parte, iuxta iugulares venas & pili ibidem. Jam vero nulli conspiciuntur pili circa cotyledones, quas glandularum classi adscripsimus. Ergo. Solutio. Vbi sunt glandule ibi sunt pili, nisi adsit copia & multitudo humoris. Hinc circa intestina & omentum sunt glandule, nulli vero conspiciuntur pili, idem iudicium esto de cotyledonibus: Quemadmodum enim in cœnosis ac bra-

inertis terra locis semen non nascitur, neque ad frugem peruenit, sed per redundantiam, a quositate suffocatur: ita se res habet circa generationem pilorum.

ΠΡΟΣΘΗΚΗ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ
Secundinarum retentiarum.

EXcluso foetu nonnunquam restitant Secunda in utero mulieris multis de causis: Ut ab infirmitate mulieris, qua in excludendo foetu vires prope omnes consumsit: vel quia umbilico ab obstetrice umbilicosca, cuius quam par est, imperitiam resecto, ab utero retrahuntur, in quo itinere facile inorquentur & reduplicantur, effusa tota aqua affatum, una cum foetu, adeo ut in arido & sicco remaneant, qua aqua alias cen ὄχνη secundinas secum rapit: vel ab exorto timore ex longo & difficili partu, in quo aer frigidior saepe sepius obstetrice non animaduertente intro-mittitur: vel denique, quia nexibus venarum & arteriarum adhuc adherent, praesertim si fiat abortus. Ut enim poma matura arboribus sponte sua decidunt, cruda vero & immatura non nisi magno labore, aut ventorum impetu pediculis auelluntur: ita secundinis accedit, qua tempore paribus maturo & legitimo, sponte sua & facile natura a vasis uteri, quibus cum interuentu Chorionum per con-iugitatem connectebantur, diuelluntur, n

abortus

aboris vero & partu prematuro non nisi magno molimine disrumpuntur. Ex qua difficili avulsione, nec non retentione varia & difficilia promanant symptomata, suffocatio viscerum, Febres, Tremores, Convulsiones, Syncope, continuo elatis in cor & cerebrum putrescentibus vaporibus. Singule causse propriam indicat curandirationem, quas Medici Pragmatici in Pathologiis abunde descripsere.

Diuinus Hippocrates modum, extrahendi secundinam, duplicem nobis proponit. Unum in libro de Feetatione & Superfeetatione, (sic enim hunc librum inscribendum esse dicit Hieronymus Mercurialis libr. 2. variarum lection. cap. 11.) super Lasano aut potius Trulla, hoc enim virorum, illud foeminarum proprium est, teste Galio Rhodigino lect. antiq. libr. 11. cap. 68. Alterum in aphor. 49. sect. 5. Ut secunde procidant, sternutatorio adhibito, nares & os comprime. Idem Hippocrates libro de Morb. muliebr. varia nobis reliquit medicamenta emensura, inter qua Silphii succum faba Graece magnitudine in aqua appropriata potum scribi esse optimum. Gesnerus libr. 1. Epistol. Medicin. ex quo Hyrarius Augentinus desumpsit, commendat puluerem Testium equi castrati probe exsiccatorum, si pugillus huius pulueris detur cum aqua Aristolochia, & si sit opus, bis terve repetatur. Ronsans est vjes felicissime oleo Foeniculis

Modus extrahendi secundinam duplex, ex Hippoc.

II.

stillatio ad drachmam unam in pellendis secundinis. Angli oleum nigelle expressum exclusionem promouere dicunt. Alii oleo florum cheiri stillatio plurimum confidunt, nec sine ratione, cum & sola stamina liliorum alborum lutea sole macerata germane mulieres difficulter parturientibus, cum aqua destillata e floribus leucoidi lutei felici cum successu exhibeant. Trincauellus aquam capillorum Veneris liberalissime parcius expurgatis dabit. Ambrosius Pareus, sauinam cum capillis mulieris densis in puluisculum redactis & in potu oblatis cap. 18. libr. 23. operum chirurg. laudabat. Petrus Bayrus, practicus insignis, libro suo, quem inscribit *Vade Mecum*, lib. 15. c. 11. decoctionem florum fessmini bibulam dicebat feliciter extrahere secundinam. Bello-ratus intra duas horas secundinam harentem expulit hoc puluere. Rec. Pulueris Aristoloch. rotund. scrupul. duos, Myrrha rubra selecta, unguis formam referente scrupulum unum. Detur ex vino. Fernelius sissimbrium solum impositum foetum educere mortuum cum secundinis depradicat. Nec desunt Topica Medicamenta, inter qua suffius primas tenent. Reliqua sunt vulgaria, quae in Medicorum libris passim leguntur, ex quibus nonnulla mulier natura animal ter eundem vixit ne vix quidem admitteat. In rarioribus $\mu\pi\alpha\upsilon\epsilon\acute{\iota}\alpha$ tamen sat feliciter comprobatis animus no-

mus no-

mus noster acquiescit. Horum tria numero Tria Secreta.
 ex arcula Secretorum Medicaminum de-
 ta.

promere opera pretium iudico. Primum est: L

*Pulvis Secundinarum mulieris sponte sua ex-
 eruntium, una cum foetu, vel paulo post nullis
 adhibitis medicamentis ep spasticis, qui pul-
 vis ovum. Deiq. & similitudine totius substan-
 tia, qua pars ad partem affecta est, mirandum
 in modum hic pollet. Qua enim ratione Cra-*

*neum hominis antequam epilepsia medetur, ea-
 dem pulvis Secundinarum retentionem ea-
 rundem impedit. Nova non affero, nec a me
 conficta, sed ab antiquissimis Medicis etiam
 ipso Hippocrate lib. i. de Morb. mulieb. usur-
 pata. Duo tamen circa administrationem ea-
 rundem notanda veniunt. I. Ut secundina*

*masculi primogeniti ad masculum, secundina
 foemella ad foemellam coapietur. II. Ut se-
 cundina probe exsiccata cum aliis appropria-
 tis, ut boleto cervino, & c. in pollinem rediga-
 tur, cuius scrupuli duo in aqua appropriata,
 ut Melissa, Saivina, Artemisia, Aristolochia
 aut Pulegii, felici cum successu exhibentur.*

*Taceo hoc in loco, quatas vires habeat is idem
 pulvis in morbo infantili, quem Comitalem
 vocant. Secundum est Lepusculus mense Ma-
 io in aceto viue suffocatus. Decoquatur hic in
 aceto donec caro ab ossibus abscedat. Ossicula
 reuerberabis ad summam albedinem, & ha-
 bebis Spodium leporinum. Huius Spodu re-*

D

II

cipe drachmas duas, Boracis drachmam
 unam, Lapidis etitidis drachmam dimidiam.
 Dosis est drachma integra in aqua Melissa.
 Si quis adiunget momentum pulueris Nym-
 phæa totius, vires haud parum adaugebit.
 Habet enim Nenuphar in se signaturam pel-
 lendi secundinam. Tertium est pellis lutra in
 III. aqua Artemisia madefacta, cui unguentum
 ex cancro viuo, lumbricis, quibus caude sunt
 abscissa, seuo leporis & vulpis illinitur. Hoc
 unguento loco conuenienti appposito non solum
 secundinam, verum etiam alibi ligna, ferrum,
 pilaſque plumbeas, sclopeto immiſſas ad mi-
 raculum vsque educere poteris. Unde autem
 pellis lutra hanc vim attractoriam ſortita ſit,
 hoc loco diſſerere nolo. Subtiliſſimus Scaliger
 exercit. 210. ſect. 3. de lutra ſequentia ſcribit:
 Tanta eſt lutra ſagacitas, vt ex aqua per ri-
 uulum effluente per aliquot procul milia-
 ria piſcium odores excipiat & vi-
 uariis, que ſubiens
 vaſtat.

T R A-

51

TRACTATUS
DE PARTV
GABSHEIMENSE
MONSTROSO.

Refertur natura Consulti, mi- Plin. libr 8.
nime mirum esse, si apud A- cap. 30.
thiopas, extremis atq; A-
thiopia, multiformes & mon-
strifera hominum effigies gi-
gnantur: Hinc ab orientis parte intima, gen-
tes sine naribus, equali totius oris planitie, alias
superiore labro orbas, alias sine linguis con-
spici tradunt. Pars, aiunt, ore concreto &
naribus carens uno tantum foramine spirat,
porumque calamis auena trahit, & grana
eiusdem auena sponte procurrentis ad vrescen-
dum. Quibusdam pro sermone nutus mo-
tusq; sunt membrorum. Gentes Olabi & Syr-
bota dicta, octonum dicuntur cubitorum. Res
perfecto nobis admiratione plenissima. Obstu-
pescit enim animus noster lectione saltem, ne-
dum visione horum monstrorum portentosorum.
Sed quid miror gentes illas in desertis plane
& inexcultis locis degentes? an non Europa
exulcerato & deformi hoc seculo fertilis est
harum deformitatum? quas Philosophus 4. de
generat. animal. natura & uerba ovis vocabatur

ut taceam scripta Lycosthenis, Peuceri, Fulgosi, Cornelii Gemma & aliorum, lege saltem Marcellum Donatū fratrem, qui libros sex de Medica historia admirabili inscriptos, haud ita pridem in publicum euulgauit, qui sane libri non nisi admiranda & præter naturæ cursum euenientia tradunt. Lege Ambrosium Paræum chirurgum Parisiensem, Franciscū Roussetum de sectione Casarea. Lege Petri Foresti Belga observationes Medicas, videbis, qua monstra alai Germania inferior. In Septentrionalibus plagis multus est horum defectus, attestante Oao Magno Vpsalense Episcopo rerum Septentrionalium Historiographo. Lege observationes Medicas raras, nouas, admirabiles & monstruosas Joānis Schenckii Medici Friburgensii, inuenies tot monstra in Germania edita, qua nec Æthiopiis, nec Sybotis, nec Agriophagis, nec Pamphagis, nec Cynamolgis, nec omnibus illis, qua Iul. Caesar Scalig. ex. 177. f. 4. in quaestione illa, Vtrum plures eueniant plantis errores, quam animalibus contra Hierony. Cardanum in medium affert, latum, ut aiunt, cedunt unguem:

Orem admirandam, nec solum admirandam, sed & condolendam. Quotus enim quisque locus est, qui non, non dico gaudeat, sed conturbetur hisce portentosis, monstrisq; figuris? Superioribus annis natus est Hala Sueuorum quidam nomine Thomas Schveikerus

Histor. i. de
Thoma
Schveici. k.

ckerus utraque destitutus manu, qui, quae alii
manibus ingeniosissima opera, eadem ille, mo-
re inutili Antonii Neapolitani, cuius men-
tionem facit Scalig. exer. 323. pedibus incredi-
bili pene solertia effecit, cuius effigiem videre
licet non solum in carta, verum etiam in ar-
gento, ut ferunt, thaleri magnitudine fusam.
Eundem naturae defectum vidimus ante annos
plus minus quam sex in puella quadam Colo-
niense, quae dicamne ostensionis an lucris gratia
per Germaniam superiorem deducebatur?
Anno 1590. Passavi mulier quadam enixa est
foetum, capite felis, oculis in fronte triginta, pe-
dibus sex, brachijs quatuor, unguibus vitulinis,
uno verbo forma prorsus cacodemonis. Te-
trum hoc animal, simul ac in lucem prodit,
conclauē velocissimo cursu pererrauit. Consi-
mitem haec historia in mentem mihi reuocat
Moguntia paucis abhinc annis quae accidit,
ubi mulier loco foetus enixa est rotundum &
globosum quoddam corpus, quod similiter con-
clauē velocissime percurrit. Marpurgi Cat-
torum natos vidi binos ab una matre pueros,
superiore oris labro carentes. Patau cum
essem anno nonagesimo nono, puellum vidi u-
na cum Excellentissimo Iulio Casserierum
Anatomicarum peritissimo, (uti scripta eius
Venetijs nuper impressa testantur) cuius Epar
una cum intestinorum bona portione extra
abdomen, undiquaque cute alias salua & in-

II.
De puella
Coloniense.

III.
De mōstro
Passauiensi.

IV.
De mōstro
Mogunt.

V.
De pueris
Marpurg.

VI.
De puero
Patauino.

Controver-
sia de caus-
is gutturo-
rum.

tegra, conspiciebatur. Nec vereor huc refer-
re populos Gutturones diēlos, quos si leuiter a-
spicias, gallos Indicos in sinu gerere existimes;
tantum habent circa gulam apparatus. Cu-
ius rei non vnam inuenio apud Medicina
scriptores sententiam. Sunt qui ἀπλῶς frigi-
dis & lacunalibus attribunt aquis. Verum
male. Nullum tale vitium in Syria, Africa,
Arabia, Sarmatia, Scythia, Nortve-
gia: Ex lacunis bibunt Arabes, bibunt Ly-
bies, e gelidis Islandii, nulli tamen ibi gutturo-
nes. Rectius sentiunt qui attribuunt aqua e
nubibus liquefactis, multum terrestris & cru-
di in se continētis: Crudum repugnat reso-
lutioni, gutturus haeret musculis & glandibus
terrestre, quod propter aqueum sese insinuauit,
ibique concretum durefcit. Idcirco qui ad Al-
pes habitant & Pyrenaeos, atque in Auernis,
hoc patiuntur: Et ne singula commemorem,
qua partim ab aliis Medicinarum scriptori-
bus, partim a nundinis Francofurtensibus,
vnde fere semper velut ex Africa aliquid noui
affertur, percepimus, nam

Horat. in
arte.

Segnius irritant animos, demissa per aurem,
Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus.
Historiam foetus cuiusdam monstrosi, haud
ita pridem in pago Geyspischeim / a rustica
muliere in lucem editi, cuius monstrosa effi-
gies ad scribendum hunc libellum vnicę me
commouit, lectori legendum communicabo.
Rustica

*Rustica mulier grauida existens, quinto, ut Narratio
refert ipsa, mense doloribus afficitur atrocissi- historiaz.
mis, quales esse solent iamiam parturientium,
cum signis instantis partus, unde obstetricem,
vicinasque vocari iussit mulieres, quarum in
presentia parturire incipit, in lucem prima
fronte edens geminũ caput, mox brachia qua-
tuor, ita apte inter se inuicem complicata, ut
mutuo sese complecterentur, pectusq³ duplex
cum papulis mammillarũ vix apparentibus:
Omnia hucusq³ naturaliter & belle erant con-
formata, diuisaq³ inter se constabant, adeo ut
gemellos distinctos uxorem pariturã adstan-
tes vna ore crediderint. Verum quid accidit?
Ex bicorpore fit unicum, neq³ omnia sibi nu-
mero respondent: Vnicum enim hos colligat
abdomen, unicus his inest umbilicus, qui par-
lo infra se habebat quidpiam, dicamne intesti-
no recto simile, an vera alteri umbilico? de quo
inferius. Signatura foemineum indicabat se-
xum ab utraque parte: unicusq³ erat meatus
proprius, isque patens, alui exoneranda gratia
perforatus. Magnũ hac genitura incussit mu-
lieribus adstantibus terrorem, adeo, ut etiã due
ex illis q. fulmine prostrata in terram pronæ
eciderint: Nec multũ abfuit, quin mater inter
pariendũ succubisset, partim propter dolores
atrocissimos, quos perpeffa fuit, partim cũ vide-
et partũ hunc monstrosũ & q. ex animem,
unde obstetrix, ne mors baptismũ anticiparet*

valde sibi metuens, baptismatis fonte gemellos
hosce ita connatos exemplo irrigauit, licet
partus a secundinis nondum omnino esset re-
sectus. Inferiora iterum respondent superiori-
bus: Quemadmodum enim quatuor in hisce
gemellis abdomine connatis, natura fabrefecit
brachia, ita etiã quatuor ipsis est largita pedes:

Quid nunc Neptunũ, quid nunc Ianumq;
bis frontem.

Miraris? S ygi terna quid ora canis?

Et quid Geryonis tria corpora.

In lucem editus hic factus sine ploratu, vix ho-
ram supervixit, iuxta illud Poeta:

Nascentes morimur, finisq; ab origine p̄det.
Mors tamen non fuit unica: Desuncto enim
illo, cui natura latus dicarat sinistrum, super-
vixit alter horæ adhuc quadrantem. Nec mi-
rum. Bina enim fuisse corda ostendit gemina
illa pectoris constitutio, sibi aequalis, quare &
unicuique sua propria mors. Raro in super le-
gimus, monstra diu supervixisse, & quo sunt
mirabiliora, eo citius mors ea insequitur, ita ut
raro tertium excedant diem inter homines.
Testes huius rei adducere possum sexcentos,
tantus fuit ad videndum hunc partum mon-
strorum concursus, (geminos enim nasci nul-
lus dubitat, sed ut nasci ut sint connexi, mon-
strorum est, dicebat Beniuennus.) Ego altare
tempore cui orant hi gemelli impositi, accedens,
primoque intuitu omnia uno oculi ictu perlu-
strare.

strare cupiens, vidit tantam inter se horum gemellorum similitudinem, ut nec Ariemon gemellorū.

Antiocho Regi Syria, nec ouum, ut dicitur in proverbio, ouo similius esse potuerit. Singulas postmodum partes distinctius considerans, aliter iudicare non potui, quam quod perfecte fuerint conformata. Meatus narium, aurium patebant, unguiumque rudimenta, manuumque pedumque erant conspicua. Matrem itaque calculo diorū fuisse hallucinatam apparet, qua binos menses huic foetui adhuc fuisse necessario assererat: Licet enim Hipp. lib. de septimestri partu dicat, mulieribus de partu loquentibus fidem derogare non oportet, quia omnia dicunt, & semper dicunt, mox tamen addit, licet & volentibus aliud dicere. Aui si non hoc, tanto maiorem in admirationem nos trahit quinto mense tam absolutum foetum etiam videntem, licet paululum, in lucem produsse. Aperto ore utroque, inueni seriem dentium albicantium discretam, quod unum est extraro contingentibus. De Cn. Papyrio & cantium.

M. Curio, qui ob id dentatus cognominabatur, legimus cum dentibus suos fuisse procreatos. Plura quae circa dentes sunt singularia existant apud Medicinae scriptores, ut de filio Prussiae Regis Bythinorum, qui vice dentium continui ossis armabatur soliditate. Valerius Maximus lib. 1. Mirab. c. ult. idem scribit de patre: Patri, inquit & filio, Prussiae regib.

quemadmodum commune nomen habuere, ita etiam amr obis, dentium superioris maxilla loco, os continuum, nulla parte discriminatum fuit. Herculem aiunt triplicem dentium seriem habuisse. Et quis omnia hoc in loco recensere vellet? Vnicum urgebam puta huius corporis dissectionem, ut quid natura intus molita esset, & eòs videri potuisset. Verum gens nostra Teutonica, nescio qua de causa, summopere abhorret, unde non mirum, alios aliarum nationum Medicos in rebus Anatomicis palmam nobis praeipere, interim nobis relinquentes sectionem animalium imperfectorum, ex puredine & equivoce genitorum, gryllorum, Cyronum, Cicendularum & si possibile esset Epicuri atomorum. Cuius rei studiosissimum novi Medicum, a quo ne Vermicellus quidem tuto latitat. Satius autem esset animum exercere in dissectionibus corporum humanorum defunctorum (viuentia enim dissecare corpora & crudele est & religio vetat, licet id Herophilo, Erasistrato & Carpo in sicariis & neci condemnatis adscribatur, & a nonnullis Vesalio quoque, sed falso, imputetur.) qua quam admiranda, singularia & notatu digna nobis saepissime attulerint, liquido constat ex scriptis illorum, qui us ea videre contigit. Vnicum queso lege Columbium libro de iis, qua raro in Anatome conspiciuntur. Monstrum inquit,

vmbi

Notatur
Neotericus

Celsus in
prolog.

Defenditur
Vesalius.

mibi oblatū est Patauī dissectandum. Erat infans semestris mās, ut alii mares sunt, cui alius imperfectus infantulus anteriore parte incubabat, erarib. brachijs, dorso, abdominis parte, pene, mediog³ collo. Videbatur a. caput huius imperfecti puelli in thoracē perfectioris intrusum.

Quāobrem inter studiosos viros lis orta est quaestio: Virū Cor unicū illi adesset vel duplex? Idē de fecore, cerebro, & aliis internis mēbris quaesitum est. Marcus Antonius Janua Illustri Philosophus, unicam in illo subiecto animam inesse opinabatur. Non deerant quibus oppositum videretur. Hoc itaq³ monstrum ubi diem suum obiit, ego rei nositare allectus, libenter secui, quae autem obseruavi, haec ferme sunt. In imperfecto nonnulla aderant intestina, ex quorum unius portione, tum vesica, tum anus constituebantur, nullum ibi aderat Iecur, neque Cor, neque cerebrum, sed Ren permagnus, quē ego hepatis munere fungisum opinatus. Hactenus Columbus. Vitam & nobis in presenti casu dissectandi corporis data fuisset potestas, sine dubio ea vidissemus, quā nunc ex coniecturis assequer. Verū enimvero, cum oculis corporis hoc fuerit denegatū, oculos mētis nostrae, secundū Platonē in Symposio, adhibebimus, perlustraturi. 1. Quidnā fuerit illud, quā paulo sub umbilico pminebat. 2. An interiora abdominis viscera secundum naturam normam fuerint conformata, an fuerint unica, an vero duplicata?

Historia de
monstro
Patauino a
Columbo
dissecto.

Quaestio 1.

Quaestio 2.

Ad quarum questionum diuisionem, antequam descendam, opera pretium duxi, nonnulla de causis monstrorum prelibare. Nihil dicam de questione illa: An natura semper agat propter finem? An Monstrum intendat? Quemadmodum enim ars finem, quem habet propositum, non semper assequitur (fieri potest ut Musicus male aliquando canat, Grammaticus barbare loquatur, & Poeta malum nonnunquam scribat versum.) Ita & natura non semper optatum peruenit ad finem. Finem tamen habet suum & Ars & Natura. Cur autem natura hunc non semper assequatur, sed interdum, raro tamen pro homine monstrum generet? non omnium est eadem opinio. Empedocles monstra nasci dicit, si multum fuerit semen, si paucum, si diuisum, si euandum, si inordinato motu immissum. Strato, vel quia additum, vel quia detractum, transpositum, tumidumue aliquid sit. Alii: quia uerius spiritus fuerit distortus. Nos cum Alberto, l. 2. Phys. 1. triplicem huius rei assignamus causam. 1. est Materia quantitas. 2. Eiusdem qualitas. 3. Virtus partis continentis. Quantitas materia aut excedit, aut deficit. Si excedit id fit in longitudine vel Crassitie. Si in longitudine, generantur gigantes & Samogithii, quorum longitudo dens & ultra definitur palmis. Insigne exemplum habemus apud Scalig exer. 263. Mediolanum, inquit, profecti,

Variæ opiniones de causis monstrorum.

Opinio Alberti.

Causa monstrorum
§ 3.

De gigantibus.

fecti, offendimus in publico Nofoornio, inueni-
 nem tanta proceritate, ut stare non posset. Ne-
 que enim potuerat a natura satis alimenti ad
 crassitudinem roborisq³, proportionem medi-
 tari. Itaq³, iacebat, explebatq³, duos lectos simul
 innectos In Creta terra motu rupio monte in-
 uentum est corpus stans, 46. Cubitorum, quod
 alii Orionis, alii Etionis fuisse tradunt. Roma
 vidit atas Plinii procerissimum hominem,
 Gabbaram nomine, ex Arabia aduectum. In
 crassitie excedentis quantitatis exemplum
 describitur a Munsterol. 2. Cosmogr. cap. 2.
 qui circa annum Christi 100. Santium Casti-
 lia Regem tam portentosa obesitate fuisse re-
 fert, ut tantam farina obesitatem ferre vix
 potuerit. Si deficit, fit genitura statura breui-
 oris ut Conopa, qui fuit in deluiis Juliae neptis
 & aliorum Spithameorum Pigmaeorum ter-
 nas Spithamas longitudine, hoc est, ternas do-
 drantes non excedentium. Horum ingens est
 numerus in extrema parte montium, ultra
 extremos Indiae fines, quibus grues eo in loco
 adeo insidiantur, ut ab eis nonnunquam fu-
 gentur. Qualitas materiae aut peccat in cali-
 do, frigido, humido, sicco, aut secundis quali-
 tatibus: hinc variis errores in genituris conspi-
 ciuntur: Sunt, qui semini iusto calidiori adscri-
 bunt, quod infantuli nonnunquam cum den-
 tibus & barbibus gignantur. Ex semine humi-
 diore fit genitura, qualem describit Fernelius,

De Pigmeis.

Autipathia
inter pyg-
maeos &
grues.

l. 2. de Abd. rerum caussis. c. 9. Puellam; inquit, vidimus, nostra vicinia articularum vinculis adeo laxis, ut quocumque velis, artus innertas, quod illi abortu vitium est. Cui-dam mulieri Lutetia totum corpus molle, flexile, & sine solidis fuit ossibus, Hollerius l. obseru. Locus etiam, in quo generatio debet fieri naturā quandoq; a sine propositio aberrare facit, maxime si non sit naturaliter dispositus, si sit inaequalis. Quemadmodum enim arbores, quaecunq; in terra sunt, & nō habent satis amplum locum, verum a lapide aut alio accidente, impediuntur, cum emergūi, obliqua ac tortuose fiunt, aut hac parte crasse, altera tenues. Sic circa fœtum accidit humanum, si in matrice, quam Plato in Tymæo aruo comparabat, angustior altera utri pars altera fuerit. His tribus caussis addunt recentiores Philosophi alias duas; virtutem formatricem, & accidentia externa. Pessime itaq; sentiunt illi qui fabricam monstruosam fœtus Diabolo, non Deo & caussis secundis adscribunt. Nam sicut canis ex, aiunt, notat suos, eo quod ipsis abscondit aures, oculos expungit, buccas exurit, digitos, manus & caput abscondit, ita & Diabolus notat suos filios per imaginationem matrum, proptereaq; omnes esse fugiendos, qui membro vno abundant, vel eo carent aut alias duplum habent. Apud vulgus exstat quidem diciturium, a signatis caucto. Nolim tamen hoc vniuersa-

A simili ex
Hip. lib. de
genitura
circa finem.

liter

liter de omnibus dici posse, sed aliquando $\alpha\varsigma$
 $\delta\eta\tau\iota$ τὸ πλεῖστον dicebat Scal. contr. Card. ex. 295.
 Epictetus fuit $\lambda\acute{o}\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota$ πηρὸς corpore claudus
 & tamen φιλὸς ἀδυνάτοισι gratus hominibus.
 Socrates malus fuit, quoad Physiognomiam,
 studio tamē Philosophia bonus evasit. Quem-
 admodum itaq; nemo recte dixerit, naturali-
 ter & bene conformatos omnes esse probos, ita
 econtra neq; omnes, in quibus natura sunt πε-
 ρεβάσεις, improbi erunt dicendi. Quis enim
 gibberam animam instrumoso Nonio putat
 esse? Quod si Nonius nequam est, pessimus fuit
 Caus, qui tamen rectus erat. Sed quo me du-
 cit oratio. Redeo ad questionum supra propo-
 sitarum dissolutionem.

Primum quod attinet quæsitum, ut varii Ad i. quæ-
 erant huius rei spectatores, ita varia erant hac fitum.
 de re iudicia. Multi in ea erant opinione, nil Opinio i.
 aliud esse, quam intestinum rectum, quale
 fuit monstrum illius in Marchia villa
 Dummienwatt / a Colonicuiusdam coniuge
 editi Anno 1551. referente Lycosthene. Erat
 enim hic ductus per vius longanoni non ab-
 similis.

Que opinio, licet multos haberet ad stipula-
 tores, mihi tamen non adeo placebat, ex hoc
 fundamento.

1. Unicuique ex gemellis unus eras

proprius, propriumq; eius foramen. Ergo verisimile est unicuiq; etiam suum fuisse intestinum rectum, circa regionem cuiusque animi positum. De uno non est dubium, siquidem natura, ut fieri solet in lucem editis, in illo intestina repurgant per secessum, referente obsterice, idem iudicium est de altero, 2. In extremitate Intestini recti est musculus Sphincter, qui arte id claudit, ne ante iussu rationis arbitriumq; voluntatis fax ab alio extrin-datur. In hoc, quod extra prominebat, nullus erat Sphincter, late enim patebat. Ergo. Alii existimabant carneam esse quandam excre-scentiam, corpori tantum adhaerentem. Popelli rerum ignari est hac opinio. Peruium erat, stylumq; ad interiora ducebat. Ergo colligantiam cum illis habeat necesse est. Tertia opinio erat illorum, statuentium nil aliud esse, quam umbilicum secundum. Quæ quidem, licet prioribus longe sit verisimilior, rem tamen sufficienter nondum declarat. Dico itaque, quod sentio. Gemellos concepisse matrem primitus distinctos, extra omnem dubitationis aleam apud me est, fortassis quia in coitu totum semen uno nixu & impetu non fuerit eiaculatum, sed per vices, cui accedit & proprietas Individualis, quæ Phil. 6. de generat. animal. c. 19. ad gemellorū conceptionem multum posse aiebat. Audio bis hoc in familia hac enuisse, in matre uxoris, nec non altera huius filia. Nos

Opinio 2:

Opinio 3.

lia. Nec parum adrem facit imaginatio quam
 sese sapius uxor hac de concipiendis gemellis,
 ipsamet confitente, habuit, adeo ut etiam no-
 ctu in somniis gemellorum partum represen-
 tantibus fuerit diuexata. Quis vero ignorat,
 si quid femina inter concipiendum, vel utero
 dum gerit, uehementius imaginatione conce-
 perit, huius notam foetum referre? Hoc au-
 tem quo pacto fiat, non omnium una & eadem
 est sententia. Sunt nonnulli in ea opinione, spe-
 cies seu imagines & simulacra rerum exter-
 narum, etiam in anima citra materiam rece-
 ptas, non ita exuere statum proprium exter-
 num & corporeum, quo tanquam obiecta cor-
 pora nostra immutant, quin seruent vestigium
 & umbram quandam externorum unde pro-
 dierunt, nec non facultatem alterandi & im-
 primendi. Alii aliter sentiunt, voluntq; ima-
 ginatricem facultatem versantem circa phan-
 tasmata, mouere ad libitum inferiores sibi fu-
 cultates corporis nostri. Quemadmodum enim
 inter vegetantium facultates naturales aliae ser-
 uiant & ministrant, ut Attrahitrix, Reten-
 ritrix, Concoctrix, Expultrix, aliae imperant ut
 Nutrix & Genitrix; ita quoq; par & maior est
 obsequentia naturalium & sensiuarum ad ani-
 males facultates, q; & experimentis comprobant.
 Videtes n. alium oscitantem & nos oscitamus, qua
 de causa? quia sensus mouet imaginationem qua
 imaginatur sibi illum oscitantem, & sic mouet in-

Opinio
 prior de
 modo ima-
 ginationis:

Opinio pe-
 sterior.

Hist. de mu-
liere puellā
pilosam
parturiēte.

De muliere
Louaniēse.

Obiectio
de cellulis
matricis.

Absurda
Mundini
opinio
de cellulis
& harum
rugis.

strumenta tendentia ad os, oscitationemq; gi-
gnit. Nec desunt exēpla, in rem presentē magis
facientia. Scribit Marcus Damascenus mu-
liere nō procul a Pisis peperisse puellā siluestre,
pilis (amelorū similibus undiq; circūseptam,
caussa est, q; mater in conceptu, S. Ioannis Ba-
ptista imaginē tergo, seu corio, ut manuit Scal-
exer. 127. Cameli teētā, q; in thalamo pietā ha-
bebat, fixius contemplata fuerit. Louani mul-
lier grauida, cū partus tepus circa festū trium
regū calculo coniecisset, alius illudentibus ac fi-
tres reges utero gereret, respondit, quod scilicet
faustumq; sit, nec sefellit rei enētus, nā ipso re-
gū die enixa est, proles masculas numero tres,
quarum vna colore bituminis Iudaici Regem
Aethiopiū p se ferebat. Idem in presenti mulie-
re potuisse euenire persuasum sit, proindeq; di-
camus: Imaginatio ex parte fecit casum. Nec
est q; quis nobis obiiciat Gemellorum conce-
ptionem tum demum fieri, quando semē tras-
portetur, in vnā vel alteram cellulam, quas
numero septem in matrice somniabat Mundinus.
Mirum cur hosce vobis excogitarit, cum tamen duas, ut ipse scribit, mulieres dis-
secuerit. Vnicus in utero sinus est, linea saltem,
quam Aristoteles διχῶν vocabat, distinctus. Et
sane si hoc postulatum Mundini esset vero con-
sentaneum, plures quam septem vno partu non
gignerētur, septimusq; signaturā hermaphro-
ditū pre se ferret. Merum enim figmentū est

⊕ & fū-

& ἑὺδὲ ἐὺνόπτον, quando dicunt Mundini sectatores, quilibet ex septem illis cellularis decē adhuc obtinere rugosos inflexus, ideo septuaginta simul concipi posse fœtus. Dato n. hoc, nō P. Aponensī cōcesso, quia repugnat oculari inspectioni, quid
 quæso respondebūt Petro Aponensī, qui in com. lis.
 probl. 24. part. 10. refert, quod quedam mulier septuaginta octo abortus comiserit? Quid Guiciardino de Margaritua filia Comitissæ Hollandiæ referente, quod Anno 1276. etatis sue Anno 42. pepererit infantes viuos, promiscui
 sexus, numero trecetos sexaginta quatuor, qui De Comitissa Hollandiæ.
 omnes postmodum vna cum matre diem obierunt? Cuius rei Epitaphium hodierno adhuc die v. siur in Holandia. Mitto itaq; Mundini cellulas ad Cretensium placita, quod & Juris studiosis notandum venit, ne ex lectione, l. 36. ff. de solut. & l. 3. vers. nam traditum est, ff. si pars hered. pat. in quibus duobus locis sit mentio harum cellularum, decipiantur. Et ne ambubalarum more excurrere videar, ad propositum redeo. Gemellos concepisse matrem, omnino credo, eosq; distinctos, licet vnīs secundinis inuolutos: Qui gemelli enim vnūs sunt sexus (presentes erant sexus fœminæ) vsq; secundinis inuoluti, simplici duntaxat membrana sciunguntur: dicebat Hipp. lib. de fœt. at. & s̄perfœt. Qui igitur factum, ut gemelli primum inter se diuisi, corporibus postmodum cōnexus & coadunati, in hanc progeniti fuerint

lucem? Si vera sunt, quæ fama ad aures pervenere, facile huius rei posset reddi ratio. Casu accidisse referunt, ut absentibus coniugibus clandestinam furto subtracta fuerim nonnulla, quæ ex diario labore miseri conquiescerat. Quo facta, mulier tum temporis gravida, domum cum marito rediens, furis, speciem coram aspiciens, animo consternata in amplexus viri proiisse dicitur, unde manifestum huius amplexus signum in gemellis fuisse relictum asserere quis posset: Et cur non? Quis non perlegit historiam, quam describit Munsterus in sua Cosmographia. Colloquebantur, inquit, non procul a Wormatia in vulla Birstadt | Anno 1495. duæ mulieres, quarum cum una vierum gestaret, ac tertia quedam ex insperato adveniens colloquentium capita concuteret, gravida animo consternata in concepto iam fœtu, manifestum huius concussionis reliquit signum: siquidem, cum iam parituriendi tempus adisset, enixa est gemellos. Erant duæ puellæ corporibus integra, sed in vertice frontetenus adiacetoræ connexæ, & se mutuo inspicientes, quarum capita singulis monstranda adhuc dum in templo refervantur. Hactenus Munsterus. Verum cum sit

Historia ex
Munstero.

Virg. 4.
Æncid.

Fama malū, quo non aliud velocius ullum,
Tam ficti præcipuiq; tenax, quā nuncia veri,
nos famam suo loco relinquentes, Medicas venabimur causas. Dico ego resolute, ut ad questionem.


sitionem tandem respondeam : simul ac maris
 & femina semen in matricem fuerit compor-
 ratum, statim primo & altero die vis forma-
 trix πλάστικὴ partes feminis tenuiores, calidio-
 res, & spiritus magis participes, intro & in
 medium totius molis collegit, crassas vero &
 magis terrenas extrinsecus propugnaculi loco
 constituit, ex quibus durioribus factis, & ve-
 ri calore coactis, membranas foetum inuol-
 uentes iam iam aggressa est, dehinc spermati-
 carum partium conformationem geminam
 incoans, vasa quoque umbilicalia gemina de-
 lineare incepit, postmodum natura admodum
 de genere humano sollicita, videns semen hoc
 ad generationem gemellorum esse diminutum,
 idque ad generationem unius prolis esse su-
 perfluum, ne tamē, quod semel conceptum est,
 periret, pœxituit naturam facti illius, quod
 duplicia vasa umbilicalia delineare inceperit.
 Ab opere itaque incepto desistens, unico con-
 tensa umbilico, unicum etiam abdomen con-
 formare voluit, sicq; illud quod paulo sub um-
 bilico prominebat, alterius umbilici incoa-
 tionem quandam & rudem delineationem di-
 cere possumus. Ad alterum quaesitum non
 ita resolute quid responderi potest. Tunc enim
 naturaliter partes sunt conformatae, quando
 penes διαπλαστικὴν, μέγαν & σύνδεσιν ἢ ἀειμὲν
 sese recte habent, quae singulariter minus
 conciduntur. Quis autem hoc in loco natura
 Ad secun-
 dum quaesi-
 tum.


accusabit citra harum inspectionem, nisi he-
 patis iusto maiorem molem, aut si non huius
 saltem lienis aut renum, que vicariata seu
 succenturiatam quandoque iecoris opem sub-
 ire solent, statuere velimus. De numero re-
 forsitian est expeditior. Unicus umbilicus, uni-
 tatem viscerum, si non omnium, saltem quo-
 rundam videtur indicare: Ubi vnus est um-
 bilicus, ibi vna est vena umbilicalis, embri-
 nutricula, maxima illius in foetu, (vt ait Gal-
 lib. 6. de plac. Hipp. & Plat.) progerminatio.
 Ergo si geminum hepar adfuisse quis existi-
 maret, aliam quoque venam umbilicalem
 statuatur, necesse habet, que cum fuerit unica,
 vnum quoque iecur secundum natura regu-
 lam fuisse censendum est. Ex altera tamen par-
 te, cum cuique fuerint sua genitalia, cuius, an-
 alui exoneranda gratia perforatus, nonnulla du-
 plicia fuisse quis coniectari posset, que omnia
 Dd. calculo subicimus. Et hec
 breuiter de foetu monstroso
 dicta sunt.


FINIS.

FEIN.

nem, ruf
fines
vocari
mitem
e numero
delecta
fiam
vna d
ca, em
(et ad
programm
e qui
ambula
fiera
natura
a tamen
a, cum
milla
qua om
Et ha
rifi







the scale towards document

V S F. 69

simul ac maris
fuerit compor-
o die vis forma-
nuiores, calidio-
pes, intro & in
crassas vero &
opugnaculi loco
us factis, & ute-
us foetum inuol-
debinc spermati-
nem geminam,
calia gemina de-
atur a admodum
videns semen hoo
esse diminutum,
us prolis esse su-
rel conceptum est,
facti illius, quod
elineare inceperit.
stans, unico con-
am abdomen cor-
od paulo sub um-
s umbilici incoa-
delineationem di-
um quassum non Ad secun-
potest. Tunc enim dum quassum.
formatae, quando tum.
ἀνδρῶν καὶ ἀεὶ μὲν
larvis minutius
hoc in loco natura.